

~~12517~~
~~6~~







XV^e siècle n^o ~~1202~~

V2 KIBDAM

1202

Inc 1202


- 1.- Speculum animae peccatricis.- Paris, Antoine Caillaut, circa 1483.
C 5564. Pell 4315
- 2.-Stella clericorum.- [Paris, Antoine Caillaut, ante 19 XI 1488]
C 5648. Pell 10765
- 3.- HUGO de SANCTO CARO.- Speculum ecclesiae.-
[Paris, Philippe Pigouchet, circa 1490]
C 5315. Pell 6148
- 4.- MANCINUS (Dominicus).- Carmen de passione Christi.- [Paris, Philippe Pigouchet, c. 1490]
C 3811. Pell 7446
- 5.- WIRECKER (Nigellus).- Speculum stultorum.-
[Paris, Philippe Pigouchet, circa 1490]
HCR 16215 . Pell 11834
- 6.- Cordiale quattuor novissimorum.- [Paris, Philippe Pigouchet, circa 1495]
C 1730. GW 7500

XV^o - J. n^o ~~1112~~.

1202



speculum aīa peccat:
Stella Cleivionum
passio J^hi metria
speculum stultorum
De quatuor novissimis ~



Dominici Mancini de passione domini
nostri Iesu christi liber incipit.

Propositio.

n on hominum laudes: nec fortia facta virorum
Promere nunc meditor: multo maiora referre
Concepti: Nam gesta dei: qui e virgine matre
Natus homo: terras sese demisit ad imas:
In medium insolita cupio memorare camena:
Nec series rerum gestarum tota canenda est:
Sed mors: et cause mortis referentur inique
Quam voluit christus pro toto pendere mundo:
In cruce: iudee pilato preside terre.



Inuocatio virginis: et euangelistarum.

v irgo faue ceptis queso sanctissima nostris:
Cuius opem supplex frustratus nemo vocauit:
Ne rogo consilies nato: mysteria cuius
Aggredior: vires mihi det conatibus equas:
Det mentem stabilem duros perferre labores:
Euadam vt voti compos: quo scribere possim
Quod mihi corde sedet: qd tota mente voluto:
Scribere sit mihi fas: non vlllo numine leso
Quicquid diuino nuper calefactus amore
Spiritus admonuit: non hec audacia culpe:
Nec data sint vitio que scribam carmina vates.
Sit labor hic superis gratus: populisq; futurus
Vtilis vt capti primum modulamine muse/
Admittant sensim christi subeuntis amorem.
Et vos o fidei q̄ lucentissima nostre
Lumina: Johannes: et Luca: tu quoq; marce:
Mathei socii: de christo vera loquuti:
Este duces vato vestigia vestra sequuto:
Versibus vt possit constringere quicquid vbiq;
Sparsis variis concordi mente libellis:
A serie ne sim lapsus: ne sarcina carnis
Obstet sanctis gerimus que pectore votis.
Dicite sed primum causas: quibus impia gens est

In facinus tantum: tantum quoq; lapsa furorem:
Ut christo immeritam conquireret vndiq; mortem.

De causis in genere: quibus principes sacerdotum
moti/ Mortem in christum sunt meditati
f eruebāt totum miracula clara per orbem:

Que dabat in populos diuulgans noīa patris
Christus: et obiurgans iudeum crimina verbis.
Pontificum nulli parcit: nulliq; minorum:
Dum mala condemnat: dum que sunt optima monstrat
Iam pars magna deum plebis veneratur: adorat:
Cum videat multos fuerant qui lumine capti/
Optata excussis nunc vti luce tenebris:
Lungz olim mutos spectet nunc munere lingue
Fungier: et certas voces resonare loquentes.
Cernebat pariter nonnullos limina vite
Transgressos rursus vitali desierat aura:
Infernaq; domos linquentes surgere diuos.
Tum qui non poterant pelli de corpore morbos/
A christo pulsos: qui ventis imperat ipsis:
Et mare tranquillum sub tempestate reducit:
Qui potuit plantis equos percurrere tutos:
Panibus et quinīs qui milia quinq; virosum
Expleuit: lymphas qui in bacchica munera vertit
Exerit claudos: et surdis reddidit aures:
Corpora spiritibus soluit verata malignis:
Turba sacerdotum contra irritata fremebat:
Talia q; christus faciat quodq; ipsa notata est
Luxurie: fastus: et rerum turpis amoris:
Sed mage ne christo credat plebs tota verentur:
Atq; ideo spreti/ toto spoliuntur honore:
Nangz vident populus q; iam studiosius audit
Verba dei: sacro loquitur que filius ore.

De consilio a iudeis inito: et primo eorum conatu: vt
christum caperent.

d Om̄ timor hic igitur cruciat: lūoq; perurit
Pectora pontificum: ceperunt querere causas:

Ut damnare virum possent: et tradere morti:
 Cuius dies festus quem cenophegia dicunt
 Luxisset: famulos mittunt comprehendere christum:
 Dum docet in templo venientes undiq; turbas:
 Sed quia prescripte mortis non venerat hora:
 Qui fuerant missi non hunc tenuere ministri
 De duabus aliis causis in specie: et conatibus iudeo
 rum: ut Christum lapidarent.

Jo. viii°
 circa finē

q uin etiā rurs⁹ cū circūstante caterua/
 Dicēt: haud habeaā fuerat q° tpe iā sū
 Sed prior ipse fuit: Sucusi protinus ira
 Accurrunt: lapides quo iacent: agmine facto:
 Obruus ut iactis pereat sub pondere saxis:
 Sed fugiens latuit iesus: temploq; recessit:
 Nec minus et lapides iterum iactare paravit
 In iesū: exanimē mittat quo pro: ad orchū
 Gens fera: q; iesus dixit presente corona:
 A patre non alius sum natus: s; sum⁹ vnū:
 Et pater est in me: pariter sum natus in ipso:
 Nec tamen iniecit lapides: s; seipsa repressit
 Qd manibus presum speravit turba tenere.
 Ille sed e manibus lapsus: se ad tuta recepit:
 Et fugiens ultra iordanem: litus amavit:
 In quo baptizans iohānes ante manebat:
 Ad quem mirantes multi venerē: fidemq;
 Exibere suis dictis: precepta sequentes.

Jo. x° circa
 finē capi.

De resurrectione lazari potissima causa mortis
 christi: Caiphas sacerdos officio utitur propheti
 co: et in christum conspirat
 Christus cum sociis suis fugit in urbē effrem.

i nterea dū litt⁹ amat: tutosq; recess⁹
 Incolit a Martha: Mariaq; sorozib⁹ ecce
 Nunti⁹ afferitur: quo iam properare rogabāt/
 a ii

Jo. xi. p totum

Bethaniam vellet/castellum:nanqz laborat
Lazarus/e morbo grauiter:mortemqz timebant
Is fuerat frater Marthe Marieqz sororum:
Quos omnes miro christus dilexit amore:
Id quoqz castellum solima distabat ab vrbē
Octoniis stadiis:quod sub ditione tenebant.
Domine communi/solo cum fratre sorores:
Audiit vt christus quia corpore lazarus egro
Esset/adhuc binas cessat discedere luces
Consulto:mox inde suis nos inquit oportet
Tendere bethaniam(proxus mora celsa)eamus
Respondent illi non equa id mente ferentes:
Cum lapidum memores essent/actiqz furoris/
Illuc ire paras: vbi nuper perditus esses:
Huc nisi fugisses: Credis qz miserit iras
Sens infensa tibi: Sed christus reddidit illis.
Dum lux est terris graditur quicumqz viator:
Sed cum nox venit: sistit: tectoqz quiescit:
Lazarus in sono est: Vadam quo surgat: et illi
Respondent: igitur (quia credunt esse quietis
Sonum) qz cepit languens dormire/valebit.
Rem tunc explicuit. Defunctus munere vite est
Lazarus: et letor: quo vos credatis: ad illum
Iam carpatum iter: venerunt ergo profecti:
Quadrado clausus cum iam tellure fuisset:
Nec tamen adueniens Castelli menia primunt
Intrauit iesus: propius sed constitit illud.
Tum forte aduentus Marthe peruenit ad aures
Ante alios: aures nanqz illa arrecta manebat.
Obuia tum cunctis dimissis sola cucurrit
Mensa preteriens vbi coram constitit illa:
Tunc lachrymans inquit: frater non mortuus esset:
Si domine hic presens illo languente fuisses.
Sed quodcumqz deum posces: (non tempore serum est)
Omne dabit nato: nihil est quod denegat ille:
Respondit dominus: iam frater Martha resurget:
Et viuet rursus. fateor tunc illa: sed id cum

Consurgent omnes: aderuntq; nouissima mundi.
 At dominus referens: Ego sum resurrectio: vita:
 Quisquis me credit uiuet reuocatus ab orcho
 Si sit iam functus: nec si sit uiuus obibit
 Eternum: credens sed mecum uixerit omnis.
 An mihi que dico credis? Tunc annuit illa.
 Atq; abiens properat marie narrare sorori
 Aduentum domini. spem concipit inter eundum:
 Attramen et metuit. superat spes ipsa timorem.
 Tunc maria in medijs domibus permessa sedebat:
 Quam stantes circum consolabantur amici:
 Quiq; e longinqua fuerant regione profecti:
 Que subito ut tacito monita est: uelocior aura
 Currit: et egrediens portas cito cõstitit illic:
 Christus ubi stabat: qui non dum uenerat intro
 Hanc et que circumfuerat: tunc turba sequuta est
 Ploratum ad tumulum nam tendere quisquis putabat
 Ut stetit ante pedes: cecidit: sublapsa: iacensq;
 Leu foret exanimis (tanto confecta dolore est)
 Dix inter lachrymas fatur: non frater obisset
 Si dum languebat presens hic christe fuisses:
 Hanc spectans iesus plorantem funera fratris:
 Que laniata comas complebat planctibus auras
 Spectans et meste lachrimantia lumina turbe/
 Vocibus et palmis testantis corde dolorem:
 Infremuit grauiter turbatus pectore toto:
 Versus ad autantes inquit: monstrate sepulchrum
 Quo posuistis eum: Ducunt tunc ocius ipsum
 Ad tumulum flentes: et tunsi pectora pugnis:
 Nec tenuit lachrymas pergens: quin pectore rursus
 Infremuit tumulum spectans: turbeq; frequenti
 Tollite ait lapidem: lapis est nam desuper ingens:
 Spelunce: qua corpus erat: Sed martha uetabat
 Id fieri: ne turba graui premeretur odore:
 Quatriduo lacuit dicens: fetetq; cadauer:
 At dñs contra: Martham conuersus ad ipsam:
 Nonne ego te monui toto si pectore credas?

Quod liquido cernas quod magna est gloria patris.
Post oculis celum dominus suspexit: et inquit:
Gratia summe pater tibi sit: quia postulo liquidum
Das mihi: post magnam misit sic pectore docent
Lazare surge: foras prodi: Tunc lazarus ipse.
Paulatim membra attollens: se erexit in altum:
Tanquam de sono surgat: sic ossa tremebant:
Sic titubant arcus: et nutat pondere moles.
Ut solet in longa passus ieiunia febris:
Sed confuta tenet pedibus manibusque ligatum
Institata: tum faciem confringunt linthea vinciant,
Solvite ait dominus: Postquam fuit ille solutus/
Assitit incolumis: ceu nunquam mortuus esset
Lazarus: atque iterum vivis se miscuit ortus.

Hec fieri vidit iudeum maxima turba:
Credidit atque videns: Sed quidam tunc phariseos/
Pontificesque adeunt: narrant que gesta fuere.
Concilium cogunt illi: dicuntque vicissim:
Quid facimus? nam signa facit: si mittimus illum
Sic omnes credent: veniet romana potestas:
Atque locum nostrum: tollet tum denique gentem:
Tunc unus caiphas ex ipsis munere fungens
Pontificis: tanquam vates: hec protulit ore:
Expedi hoc vobis pro tota gente: et unus
Occidat: unus populus sit morte redemptus:
Ne gens tota cadat. Sic sic est ille propheta
Impius exorsus: Nam non hac mente ferebat
Ut credat populi sic consuluisse saluti:
Sed quia tunc sumus redimitur honore sacerdos/
Res fuerat veras mendaci corde loquutus.
Ergo iam ex illo iudei tempore querunt:
Ut perimant hominem: dederat mandata per omnes
Finitimas oras: ut si quis viderit ipsum
Indicet: ut capiant. Christus secreta petebat
Non ausus prodire palam: se contulit effrem
Cum sociis vibem: procul ad deserta remotam.

4

De festo pasche: et reditu christi in Bethaniam
De conuiuio Simonis: et unguento Marie magdalene.
De admurmuratione discipulorum contra mariam
De pactione iude cum principibus de xxx. denariis
De consilio a iudeis inuito etiam contra Lazarum.

a t dum longinqua christus regione moratur:
Ecce propinquabat festum solenne: quot annis

Quod iudea colit. Phasce dixere vetusti:
Post alii dicunt translato nomine pasca:
Transitus at nostri possent transferre latini:
Nam deus egyptum per totam transit/omne
Percutiens primogenitum/discrimine nullo:
Seu foret illud homo: seu brutum morte peremit:
Postqz dies septem populus transiit/et ipse
Liber ab egypto: multos ubi subditus annos
Seruierat. nomen dederat res ipsa diei.
Propterea ex veteri seruato in secula ritu/
Azima septenis editur tunc esca diebus:
Inqz die quarto decimo sub vespere/mensis/
Quem dicunt illi primum (Nos nomine martis
Dicimus) incipiunt tales producere ritus.
Hens tota in primo de septem vescitur agno
Alato: pariter lactucas mandit agrestes.
Quęqz vorant agnum/ soliti sunt pascha vocare:
Cuius nil reliqui debet vescentibus esse:
Olla nec in toto fuerat fas corpore frangi.
Nos autem fuerat iudeis tempore pasce/
Ante diem festum solimorum tendere in urbem/
Ut se sanctificent: et iam conuenerat illo
De tribus cunctis/ non enumerabile vulgus/
Quod quia de christo partim rumore ferente
Audierat: partim coram cognouerat ipsum:
Cum studio tantum querunt audire prophetam:
Quę cum non bideant in templo more docentem
Iam solito: passim mixto sermone loquuntur:

a iiii

Jo. xi. circa fi.

De Pascha
Agno et azi
mis vid Exo.
xi.

Jo. xi. circa fi.

Jo. xii. circa p̄ci-
piū capituli.
Mar. xiiii. circa
p̄cipiū. discor-
dat tñ qz dicit
post biduū.
Math. xxvi.
in p̄cipio.

Dicentes quid nam cause vos esse putatis?
Ille die festo q̄ non conuenit ad urbem:
Per sex pascha dies aberat: cum christus in oras
Bethanie rediit: Subiens qui tecta simonis
Leprosi conuiuia fuit: tunc lazarus ipse
Affuit infernis nuper reuocatus ab umbris:
Et de conuiuis fuit accumbentibus vnus.
Martha ministrabat mensis/operosa recurrens/
Nunc huc nunc illuc: illis dum uina propinat
Sollicita: et lautis dapibus dum perficit oves.
Sed maria est aliis hoc tempora dedita curis:
Nam tulit unguentum preciosum pondere libre:
Quod spico et nardo factum/fragrabat odorem:
Pixide mox fracta qua clauditur ex alabastro
In caput effudit domini cenantis: et inde
Prona/pedes unxit. terisitqz subinde capillis:
Ex quo tota domus mirum persensit odorem.
Hec cum discipuli uidissent ore frementes/
Aduersus Mariam tacito sic murmure secum
Obtrectant omnes: ad quid disperdidit illud?
Quod potuit melius precio diuendere multo
Et dare pauperibus: Sed iudas qui scariotes
Dicitur: ex omni numero qui pessimus vnus:
Verba palam cunctis audaci protulit ore.
Cur non ter centum nūmis hec vendita merces?
Ut data sit potius quibus hec debetur egenis.
Non autem dixit: quia sit sibi maxima cura
De miseris: Immo loculos quia falsus habebat:
Et de donatis partem fur demere rebus
Est solitus: tantam doluit fugisse rapinam:
Quod cum uidisset iesus sic fatur ad illos:
Cur hanc non sinitis? Cur pergitis esse molesti?
Namqz opus ipsa bonum mulier mō contulit in me
Quippe inopes multos vos semper habere potestis:
At me non vestrum est/vobiscum semper habere:
Quod potuit fecit: preuenit inungere corpus:
Officiumqz meo soluit nunc ipsa sepulchro:

Tunc abiit iudas ad primos: et phariseos
 Ad quos sic inquit: Dieti quid tradere vultis?
 Ipse ego si tradam cupitis quem prendere christum?
 Tringinta statuunt illi tunc soluere numos
 Argenti: Tanti est xps diuendita merces.
 Inde modum querit iudas: quo tradere possit:
 Namq; timet queq; faciat ne turba tumultum.
 Et quia per totam iudeam fama bagata est:
 Quod tunc bethanie cum christo lazarus esset:
 Quem modo de tumulo functum reuocauerat atro:
 Undiq; turba ruit studio comota videndi
 Hoc facinus tantum capiunt vix tecta cateruas:
 Propterea pariter turbati tunc pharisei:
 Et tibi crudelem meditantur lazare mortem.
 Nam tua cum videant turbe miracula/credunt
 In christum populis credendi maxima causa es.

Math. xxi.
 Marci. xiiii.

Johan. xii. circa
 principium

Jesus venit in monte oliueti sedens sup pullo asine
 Turba comitatur iesu intrantem hierusalem
 Jesus aspiciens urbem futura predixit:
 Jesus intrat templum: et expellit vendentes et emen
 te subuertens cathedras.

Post die ab hierico xps dum pergit in urbem:
 Jam prope castellum bethsage noie dictum
 Venerat: et medians aduersum scandere culme
 Montis oliueti: quod desuper eminent vibi:
 Ad socios versus dixit sic ille duobus:
 Ite in castellu: quod contra est: soluite pullum:
 Atq; asinam: biuio primum quos forte ligatos
 Cernetis, propere ducatis protinus ad nos.
 Si quis forte vetet vos ducere: Dicitis/ nostro:
 Sic opus est dno: subito vos mittet abire:
 Sic faciunt iusti: quem nemo ascenderat vnq;
 Perducunt pullum: sternunt quem vestibibus illi:
 Post super imponunt dnm: gressumq; sequuntur.
 At comites turbe sternebant strata viarum

Johan. xii. sibi
 in crastinu aut
 2c. circa pncipi
 Lu. xviii. circa
 medium capit.
 Marci. xi. in
 principio.
 Math. xx. in
 fine. et xxi. in
 principio.

Sed cū Lu.
xviii. circa fi
Jo. xii. circa
medium.
Tūc q̄ Mar.
xi. in p̄ncipio.
Math. xxi.
Dū behitur Lu.
xviii. circa finē

At po. ma
thei. xxi. circa
p̄ncipium.

Nec mora.)
luce. xviii. circa
finē capituli.
Marci. xi. S̄
tū dicit hoc fac
tū i die sequēti.
Math. xxi. con
cordat cū luca
hoc factū i die
palmarum.
Math. xxi.
Betha. Ma
th. xxi. circa me.
Mar. xi. circa
p̄ncipium.

Vestibus: aut patula dēptis ex arbore ramis/
Ornabant passim qua transitus esset eunti:
Præterea populi/ quos festum traxit in urbem:
Cum nosset dñm certo rumore venire:
Accipiunt ramos palmarum/ signa ferentes
Petitæ. et facto sic ordine leta iuuentus
Obuia procedit: Sed cum descendere colle
Cepissent turbe: propiusqz accedere portas
Tunc qui precedunt: simul et qui terga sequuntur/
Dre ferunt laudes/ alta sic voce canentes.
Nomine qui domini venisti/ sis benedictus
Osanna o fili: David: o qui maxima terris
Pax et in excelsis ingens es gloria rebus
Dum behitur Iesus spectavit desuper urbem
Et fleuit dicens: quia non tua tempora nosci
Nec fuit auditus tibi qui conferre salutem/
Venerat: aduenient hostes: qui mema ballo
Circudent: duraqz fame te protinus arcent
Quiqz solo muros equent: et corpora perdant:
Non in te lapidem lapidi supesse relinquent
At postq̄ intrauit Iesus comitante caterua
Menia: continuo murmur puaserat urbem
Attonitant: tantum miratur quisqz tumultum/
Am biguus tantos cui plebs prestaret honores.
Is subiens templum/ primum circumspicit illud
(Nec mora) de templo/ vendentes expulit omnes
Expulit et pariter quoscunqz inuenit ementes
Inde trapesitum mensas subuertit: et idem
Subuertit cathedras qui vendunt ere columbas
Ad quos sic inquit. Scriptū monumenta reseruant
Quod domus orantium mea sit: sic ipsa vocata est
Sed vos spelunce latronū redditis instar
Non decus est summi: non hec est gloria patris
Tunc etiam gressum claudis: et lumina cecis
Restituit/ variis languentia corpora morbis
Curauit. Demum sub vespere tecta reuissit
Bethanie. Nam semper ibi domus hospita certa est.

Hinc repetit prima templum sub luce sequenti:
In quo multa docet coram tentantibus illis:
Ut possint aliquo christum deprendere verbo.

Pontifices igitur querebant perdere iesum:
Sed dubiti ignorant:quo pacto sit peragendum:
Nãq; vident totas post christum pergere turbas:
Suspensasq; hominum mentes sermone teneri:
Qui fluit a sacro domini saluberrimus ore.

Iesus facit pascha cum discipulis suis et eorum pedes la-
uat. Iesus predicat se tradendum esse:et in cena sacramen-
ta instituit corporis et sanguinis.

e t iam festa dies aderat:cum pascha solebat
Decidi domibus pariter cum quisq; iubetur

Azima sinceris epulari:munera mensis.
Tunc adeunt christum socii sic ore loquuti:
Ecce dies venit:qua sunt solennia pasche:
Cum iubet assato ritus nos vescier agno:
Si placitum dicas:ubi vis tibi pascha paremus:
Tunc ille ad petrum et iohannẽ tendite in urbem
Dixit:et occurret vobis:qui forte lagenam
Portat aque:vestros post illum tendite gressus/
Viq; domum:quamcumq; subit:subeatis et illam.
Dicite tunc dño:instit nos ire magister
Ad te:qui dicit nobis cenacula monstres:
In quibus hoc hodie possimus pascha parare:
Disendet medus aratam penetralibus aulam:
Illic quicquid opus nobis:sociisq; paretis.
Sic faciunt illi:Venit cum tempus edendi/
Accubuit medius circum accumbentibus illis.
Et cum cenarent:sacro sic incipit ore:

Cum desiderio vobiscum hoc pascha cupiui
Manducare prius:q̃ sim mea funera passus.
Nãq; illud posthac comedam non amplius vnq̃:
Donec plena mei patris sint omnia regno:
Cum calice accepto vinum partitur in omnes:

Pōti.lu.xviii.
in fine. Jo.xii.
circa medium.
Marc.xi circa
mediu. Idem.
mar.xii. z xiiii
Math.xii.in
fine capituli.

Math.xxi.ibi
prima autẽ die
azimorum.
math.xiiii.ibi z
primo azimoz
Luc.xvii.i p̃ci

Luc.xvii.

Jo. xiii. i. p̄fici.
Sic^o Jo. dicit
de lotōe pedū .

Et dixit: posthac nunq̄ de hoc flumine vltis
Die bibam: donec omnes noua vna bibamus
In domibus patris nostri: cum pace recepti
Post paulo assurgens cum non dū cena parata est
Deposuit vestes: et sese lintea circum
Succinctus: properat lymphas infundere peluim:
Discipulisq; lauare pedes: et tergere panno:
Quo precinctus erat: quos ordine dum lauat omnes:
Ad petrum venit: Turbatus dicere petrus
Incepit: pedibus mihi fas est ipse ministrare:
Cui referens iesus: que nunc mysteria fiant
Ignoras proflus: Liquido post omnia nosces:
Quare extende pedes pariter tibi petre lauandos.
At petrus hec renuit: tanq̄ qz indigna recusat:
Eternum dicens: nunq̄ me christe lauabis:
Ad quem sic christus: Si te non lauero petre
Non tibi pars mecum fuerit: tunc opus ille:
Non pedibus tantum lymphas michi sparseris: immo
Et capiti et manibus fontes et flumina fundas.
Et cum lauisset: vestes mox ille resumpsit.
Et rursum mense accumbens: hec protulit orsus.
Didistis nuper que vobis ordine feci:
Dum pedibus lymphas sparsi: dum colla subegi.
Quamuis sim dominus: sim q̄uis ipse magister.
Nempe exempla dedi: quod feci vt vos faciatis:
Alter vt alterius sit seruus: sitq; minister.
Qui maior vestrum est: similis velit esse minor:
Et qui precedit: fiet velut ipse ministret:
Non dño maior seruus: mittente nec ipso
Est maior missus: Quare faciatis et ipsi
Ipse ego quod feci: dominum quem dicitis esse.
Hinc panem accepit: quem fregit et benedixit:
Post tribuens illis inquit tam sumite corpus:
Nanq; meum vere corpus: quod sumitis: hoc est:
Quod datur ad mortem pro vobis: ne pereatis:
Hocq; mei memores post semper vos facietis:
Sic etiam calicem sumpsit cenatus: et inquit:

Distrubuens illis: ex hoc simul ore bibatis:
 Nam meus est sanguis pro multis qui redimendis
 Fundetur populis. Cepit data munera quisq;
 Sanguinis: et carnis: multo venerat⁹ honore.
 Et subdit verū voluit vos ante monere Jo. xiii^o de
 Quod cito ita fiet: capiti quod protin⁹ istat. ca mediuz
 Ne vestrum tradet mecum qui vescitur vnus:
 In mensa manus est eius: comeditq; bibitq;
 Insimul hoc tantum versat qui pectore crimen.
 Quod cum dixisset: vario cum murmure tristes
 Turbantur socii: Quis nam foret ille nefandus
 Inter se querunt: Dominum sic quisq; rogabat:
 Nunquid sum dicas: dominus sic reddidit illis:
 Qui simul est mecum: immittitq; parapside dextram.
 Is dominum tradet: Sed multo sanctius esset:
 Si nunq; natus tetigisset munera lucis:
 Respondit iudas: facinus qui corde gerebat:
 An ne ego sum Rabbi: cui dixti retulit ipse.
 Preterea ex sociis quidam quem christus amabat:
 Forte sinu domini tristis recubabat: at illum/
 Admonuit nutu petrus: quis proditor esset
 Et querat: de quo dominus sentiret: et ille
 Incubuit supra pectus: dominūq; rogauit/
 Quis foret is: Tacito respondit murmure christus.
 Cui panem intinctum dederō: mihi proditor ille est
 Et subito intinctam iude porrexit osellam.
 Adiciens propea quicquid facturū: abiq;
 Is subito exiit: potuit nec noscere quisq;
 Ex sociis quid verba dei sic dicta iuberent:
 Sed quia nūmorum loculos is forte tenebat:
 Crediderant quidam: quid mandasset emendum/
 Quod tunc festa dies: solēneq; pascha requirat:
 Aut dare de loculis quicq; mandasset egenis:

Jesus secedit in villam Bethsemani in monte oliueti. Je
 sus orat ter in orto: et sanguinem sudat pre tristitia Ju
 das venit cum cohorte: Christus capitur: et Petrus ampu
 tat aurem Malchi serui.

Math. xxvi.
mar. xiiii.

Lu. xxii.

math. xxvi.

math. xxvi.

Lu. xxii.
Johan. xviii.

math. xxvi.

Postq̄ sic fatus: Dixerunt ordine laudes
Post epulas dici solitas: cū mensa remota est.

Hinc iter ad montem carpunt cui nomen oliue

Indiderant: illic nam pernoctare solebant:

Interea ad socios loquitur: sic inter eundum.

Omnes hac in me facietis scandala nocte:

Nam scriptum est pecudes spargi: si vulnere pastor

Percussus faceat: Vobis predico sed illud:

Qd cū post mortem diuentia mēbra resūmam:

Tunc adero vobis precedens in galilea.

Ad quem sic petrus: q̄uis defecerit omnis:

Ipse tamen possim patiens occumbere tecum:

Ne tibi deficiam: Reliqui promissa sequuntur.

Tunc petro iesus: quin me ter nocte negabis:

Hac prius: acclamans q̄ gallus murmure cantet.

Postq̄ venissent in villam noie dictam

Bethsemani: dixit sociis tellure sedete:

Donec non longe vadam: quo pronus adorem:

Et comites petrum: tum natos ezebedeo

Assumpsit pergens tantum progressus ab illis/

Quantum quis iactu lapidem torquere lacerto

Pollet: et exiguum torrentem nomine cedron

Transgressus. solitum subiit quem nouerat ortum:

Post ait ad comites vultus mutatus/ et ora:

Est anima ad mortem multa formidine tristis:

Sistite vos vigiles hic: procedentqz pusillum/

In faciem cecidit pronus: sicqz incipit orans:

Sūme pater: qui cuncta potes: rogo transfer amarum

Hunc calicis potum: Si bis hec transeat hora:

Non tamen vt vellem: sed sit tua facta voluntas.

Sic postq̄ orasset: petrum/ sociosqz reuisit:

Qui pre tristitia lapsi/ sua membra quieti

Tam dederant: altum carpentes murmure somnū

Et dixit petro: non vna peruigil hora

Esse potes mecum: vigiles orate: malignus

Ne vos seductor tentet. Nam spiritus ipse

Promptus adest infirma caro fragilisqz labanqz.

Atq; iterum rediens sermonem orauit eundem:
 Sed repetens socios: claudentes lumina sono
 Inuenit: fuerant oculiq; sopore grauati.
 Hinc rediit rursus que sunt orata perorans:
 Tunc iacuit multo mens consternata timore.
 Factus ut exanimis, penas dum corde volutat:
 Frigida sudarunt nam lasso in corpore membra:
 Tum quoq; qui multo manauit flumine sudor/
 Is ceu sanguis erat: terram defluxus ad inam.
 Angelus e / sumo venit tunc lapsus olympo
 Solatus dominum: qui iam se fecerat agnum:
 Et demum ad socios veniens: cosperit eosdem/
 Comprensos somno: fatur quos voce benigna:
 Dormite o socii: simul et requiescite lassi:
 Sufficit. Ecce venit tēp⁹: aq; hora propinquat:
 Qua dabo i manib⁹ peccantū: Surgite eamus:
 Nam prope qui me tradet adest: Illoq; loquente
 Ecce venit iudas primus: Ducitq; cohortem
 Fustibus et gladiis cinctam: quā concio pridem
 Seua sacerdotum dederat: Tunc lumina prestant
 Ignibus accensis lanterne: nubila noctis
 Vincentes: facinus peragit dum turba cohortis.
 Militibus signum dederat: quēcunq; fuisset
 Amplexus: caperent illum: vincitūq; tenerent:
 Accedens igitur xpm falso ore petiuit:
 Et dixit Salue Rabbi: cui xps amice
 Ad quid venisti: fatur: sic prodimur abste:
 Oscula dum prestas: procedens obuius ipsis
 Militibus seuis: Sed vos quem queritis inquit:
 Si referunt iesum: quem nazareth edidit olim.
 Ipse ego sum iesus dixit. Tunc turba retrosum
 In terram cecidit: xps quem queritis ipsi:
 Rursus ait: xpo sicut responderat ante/
 Turba refert: Iesum quem dicunt Nazareth ortum.
 Ecce ego sum iesus: dixi: non ipse negauit.
 Sed si me petitis: socios mittatis abire.
 Tunc armata cohors propius seuisq; tribunus

(Illo)
 Mathe⁹. xxvi
 Marc⁹. xiiii

Rabbi Ma
 the⁹. xxvi
 Marc⁹. xiiii

Retrosum)
 Jo. xviii

Math. xxi.
Marci. xiiii.

Accessit: seni propius cessere ministri:
Insciantq; manus: nectentes vincula capto.
Tum petrus eremit gladium quem forte gerebat:
Principis et seruo qui dictus nomine malchus/
Amputat auriculam: multo cum sanguine dextram.
At iesus petro: Gladium conuerte coruscum:
Londeq; vagine: Nam quisquis ceperit enslem:
Ut quenq; perimat: gladio simul ipse peribit.
Nonne putas patrem precibus me flectere posse?
Qui mihi bisenas legiones mittet ab alto/
Dressidio angelicas: et plus si plura rogabo:
Sed quo nam pacto: si contra fata reluctor?
Scripta prophetarum fuerint impleta sacrorum?
Ne bibere hunc calicē: genitor quē misit oportet
His dictis tetigit Malchi qui saucus aurem:
Et mor incolumen fecit: post versus ad illas
Sic inquit turbas. Tanq; iam latro fuisset/
Ad me precincti gladiis venistis: et armis.
Nonne ego vobiscum versatus tempore longo:
Et prope quaq; die stabam: temploq; docebam?
Cur me non captum tenuistis: nulla facultas
Nempe fuit vobis: quia non dum dicta prophetū
Ordine prescripto fuerant impleta: Sed hec est
Que primum vobis tenebrarum facta potestas.
Tunc fugiunt comites: xpo inter tela relicto:
Discipulosq; sui subiit non cura magistri:
Sed tamen ex illis vnus: Cui iunior etas/
Captus ab armatis: prensa dum veste tenetur:
Labitur e manibus nudus: vestemq; reliquit.

Luc. xxi.

Mathel. xxi.
Marci. xiiii.

Johā. xviii.

Iesus ducitur ad annam: et petrus primo negat iesū
Iesus mittitur ab Anna ad Caiphā: et falsi testes pro
ducuntur contra eum. Petrus iterum atq; iterum negat
iesum: Gallus cantat: et petrus amare flet.

o Dicitur ergo manus iesus post terga reuinctus
Ad socerum caiphe primo: qui dicitur annas

At petrus a longe sequitur: comitatur et illum
 Alter discipulus: qui iam notissimus olim
 Pontifici fuerat. Solus quiq; atria primum
 Cum turbis subiit. Petrum post duxit et intro/
 Fretus amicitia seruantis limina porte
 Ancille: que intrare videns tunc atria petrum/
 Contemplata virum dixit: sed nūquit et ipse es
 Huius discipulus? Non sum respondit ad illam
 Petrus: et ad prunas (fuerat nam frigus) adiuit/
 Se miscens aliis: aderant qui in corte ministris.
 Postq; sic dñs vinctus perductus ad annam:
 Hunc ille interrogat: qui sint sua dicta sequentes
 Discipuli: et que sint illis que dogmata monstrat.
 Cui iesus: coram mundo presente loquutus/
 Sum nihil occulte: Nam templis et synagogis
 Dogma dabam populis. Ex ipsis querite quid sit:
 Pontificis quidem seruus tunc parcius ira/
 In facie christum palma percussit: et inquit.
 An sic pontifici respondes? Talia contra
 Verba dedit iesus. Si sum male fatus id ipsum
 Attestare: meos vultus cur cedis: et ora?
 Hunc annas igitur cinctum custode remisit
 Ad generum Caiphas: Caiphas non forte gerebat
 Pontificis curas: illius sedulus anni.
 Ad quem pro tantis tractandis tota cucurrit
 Concio scribarū: phariseos et seniores
 Affectata duces: eadem quos cura tenebat:
 Querebant igitur falsos producere testes.
 Ut damnare virum possent: multiq; fuerunt
 Testantes falsum: Sed nec concordia dictis
 Affuit illorum. Tandem dum multa requirūt:
 Aduenere duo: Dicunt qui accepimus ipsum
 Dixisse: vt templum sanctum distumpere possit:
 Et triduo reparans rursus componere totum.
 Tum caiphas tumido surgens hec protulit ore
 Tu nihil aduersum testes: et dicta refellis?
 Nonne audis quante deponunt crimina nore?

Jo. xviii.

Math. xvi.
 circa finem.
 Math. xiiii.
 Sed nec mar.
 xiiii.

Math. xxvi
 mar. xliii.

Sed dominus tacuit. Caiphas sic querere rursus:
Per vitium te adiuro deum: mihi vera fatere:
Fare age sis ne dei quem dicunt filius ipse?
Tunc ego sum dixit: Punctiq; videbitis olim
Cum veniam rursum lapsus per nubila celi:
Virtutisq; dei ad dextram: thronoq; sedentem:
Et reprobis penas statuentē: et premia iustis

math. xxvi.
mar. xiiii.

Tunc princeps vestes scidit/ et conuersus ad illos:
O proceres nullis iam testibus inquit egemus.
Audistis q̄tum crimen nunc excidit ore?
Blaphemus coram est: decernite quid sit agendum
Respondent proceres. Det penas ille supremas:
Nam reus est mortis. Famuli seuq; ministri
Tunc faciem sputo sedant. Pars altera cedit
Sua humeros colaphis: cedit pars altera vultus/
Incutiens palmas: certantq; illudere celo/
Dicentes nobis dicas nunc christe propheta:
Quis te percussit: tua quis nunc ora cecidit?

math. xxvi.

At petrus interea studiosus cuncta videndi:
(Optat enim finis quis sit cognoscere rebus)
Principis vsq; domum/ turbas post terga sequutus
Atriq; ingressus: sese simul igne fouebat/
Cum famulis reliquis: qui (qñ ancilla monebat)

actatur io. xviii

Affantur petrum. Tu deq; sequacibus vnus
Illius fueras. Petrus sic esse negauit:
Adiurans hominem q̄ nūq̄ nouerat illum.
Tempore post modico: spacio non amplius ore/
Accedans quidam Galchi cognatus/ et ipse
Pontificis seruus. petrū conctando rogauit:
Non ne ego cum reliquis vidi te nuper in orto
Esse illi comitem: mō cum deprendimus ipsum
Ne vade inficias: Nam te tua nota loquela
Proditi: et indigenam declarat te Galileum
At petrus audaci vultu contraria dixit:
Et non nosse vitum cepit iurare: Subinde
Defestatus eum: quē tantus ceperit error.
Tum subito cantum nocturnus reddidit ales:

Jo. xviii.

Hoc quoq; conuertens oculos: seruūq; miserus
 Inspexit petrum iesus: memoremq; priorum
 Verborum fecit: cum ter se nocte negandum
 Dixerat: at petrus concepto in corde dolore:
 Egredulq; foras: secum defleuit amare.

Iesus mittitur a caipha ad Pilatum: et a pilato ad Hero-
 dem galilee tetrarchā. Judas pñia sceleris ductus se su-
 spendit: ager figuli emitur et iesus ab herode ad pilatum
 remittitur.

i Amq; rubescebat stellis auroza fugatis:
 paulatim et celo lux albescerebat eoo:
 Cum vigiles turbe christum ad pretoria ducunt/
 Pilati ponti: qui tunc pro iure quiricum
 Jura dabat preles: Nam scribe tum seniores
 Consilio certo puniri morte petebant:
 Nec tamen intrarunt turbe de more tribunal/
 Presidis: vt non sint polluti: pascha volebant
 Manducare pii. Quare pilatus ad illos
 Exiit dicens. Sed quod nunc crimen in istum
 Assertis: vestre vel quenam causa querere?
 Respondent illi Si non hic esset iniquus:
 Et si non operum factor foret ipse malorum:
 Non equidem dura plectendum morte daremus.
 Respondit preles: Tanti si criminis iste est:
 Sumite vos illum: legesq; rependite vestras:
 Et mores: veterum quos vestra volumina patrū
 Conseruant: vestris seruatis legibus ipsi
 Jam damnetis eum: contra clamatur ab illis.
 Non fas est nobis leto decernere quenq;
 Sed tu qui censas causas: et crimina nostis/
 Accipe: nam nostram nixus subuertere gentem.
 Quin etiam augusto reddenda tributa negauit:
 Dum coram regem iude se predicat esse.
 His monitus dictis: intrat pictoria preles/
 A christo querens. Rex nunquit (vera fatere)
 Iple es iudeum: Cui christus non mihi regnum

math. xviii.
 marc. xv.
 Lu. xxiii.
 Jo. xviii.

Johan. xviii.

Lu. xviii.

math. xviii.
 Jo. xviii.

Ex hoc est mundo dixit: Nam si foret in q̄:
Pro me stare meos spectares nempe ministros:
Nec data iudeis in me foret vlla potestas.
Ad quem pilatus: q̄ sis rex ergo fateris?
Respondit dominus. Dicit. Sed crimina multa
Cum contra fingant instructi: cunq; dolosi
Circumsent testes/mendacia bana loquuti:
Non cuiq; verbum x̄ps post edidit vllum:
Ipse autem p̄ses: tum respondere monebat:
Tum miratus erat: q̄ non ea falsa refellat.
Et demum ad stantes turbas exiit: et illis
Nil inquit cause video: non crimen in isto
Inuenio. Sed plus clamabant vndiq; turbe:
Subuertit populos veniens modo de galilea
Ad nos vq; noue tradit dum dogmata secte.
Audiit vt p̄ses/galilee nomina terre/
Imperio herodes quam tunc tetrarcha tenebat:
Vt gratum faceret regi: quem rursus amicum
Esse sibi exoptat: nam lis diuiserat illos:
Mittit ab herodem christum: Nam subditus ipsi
Est ratione soli natalis: facta repente est
Pax inter dños: misso iam munere tanto.
Interea iudas vt x̄po fata parari
Vidit: z ad mortem totam concurrere turbam:
Penituit tanti sceleris: Tringintaq; n̄mos
Rettulit ad scribas. Peccaui deniq; dicens:
Proditor ipse tui iusti nam sanguinis huius:
Cui scribe referunt: hoc sed quid pertinet ad nos?
Videris ipse tuum factū: quos rettulit ipse
Argenti n̄mos/ templo proiecit: et vltro
Inde abiens laqueo sese suspendit ab alto:
Accipiunt n̄mos mercedem sanguinis illi:
Sed non esse rati fas illos corbona seruet
Muneribus mirtos: precium quia sanguinis esset:
Emerunt agrum figuli: quo inferre liceret/
Quosq; peregrinos defunctos. Nomen et illi
Fertur acheldemac: hoc est a sanguine campus.

Math. xxvii.

Joh. xviii.

Lu. xxviii.

Math. xxviii.

Altit vt christus coram iam letior illum
 Accipit herodes: hominem qui et signa videre
 Tempore iam multo cupiit: Sed copia nunq̄
 Ante fuit: Primum tunc est oblata potestas:
 Cum celebris causa festi venisset in urbem:
 Herodes igitur multo sermone monebat:
 Drabatq; loqui christum: Sed reddere verbum
 Non vllum voluit christus: licet ille rogaret:
 Tum quoq; non cessat: non accusare remittit:
 Turba sacerdotum: quin id constantius vrget.
 Hunc ergo herodes spreuit: stolidumq; putauit:
 Illudentq; illum: vestem superinduit albam:
 (Nos erat is gentis stultis hoc addere tegmen)
 Post tanq̄ stultum pilati ad iura remisit.

Lu. xliii.

Pilatus consulit iudeis vt xps dimittatur: quia vxor so
 nauerat. Jesus induitur purpura: et corona spinea: et
 arundine. Pilatus sedit pro tribunali in licostrato: Lauit
 manus et tradidit christum iudeis.

a Postq̄ xps sic est a rege remissus:
 Tunc iterum ptes turbis et plebe vocata
 Sic ait: ecce hominem que vos subuertere gentem
 Dixistis: Coram vobis spectantibus ipsis
 Discussi: Sed nulla necis iam causa reperta est:
 Morte nihil dignum video: nec morte perire
 Par erit insontem: quem nil peccasse docemur.
 Hoc etiam herodes censet: cum nil capitale
 Dixerit aduersus. Sed tantum simplicitatis
 Illulit: niueum dum supra induxit amictum:
 Emendando vitum: Seuis cedatq; flagellis.
 Post missum faciam: Nam festi iure diei.
 Vnum de vincis mos est e carcere mitti.
 Scilicet hec ptes dixit: naq; ipse videbat
 Inuidia motos iudeos tradere christum:
 Tum quia ius dicens solito dum more sederet/
 Impiger vxoris venit sic nuncius orans:
 Supplicat hoc precibus tus te vehementius vxor/

Lu. xliii.

Lu. xliii.

math. xv dii°

Nil facias illi iusto pilate molesti:
 Plurima propter eum passa est: Per nãqz quietem
 Ante oculos eius versata est tristis imago.
 Tunc populus monitus per scribas: et phariseos:
 Non hunc. Sed barraban / clamat de carcere missas
 At barrabas latro fuerat: qui nuper in vrbe
 Sedicio cum nata foret: se sediciosus
 Misit atqz hominem / crudeli morte peremit:
 Propterea fuerat plectendus carcere trusus:
 Tunc igitur iesum cedendum fustibus affert
 Militibus preses. Capiti compressa corona est
 Et spinis: multum que tempora cincta cruentat:
 Tum quoqz purpureo ceu regem vestit amictu:
 Pro sceptro et sacram redimiuit arundine dextram:
 Ad quem ludendum veniunt: et poplite flexo /
 Ut regem inde spernentes ore salutant.
 Hic faciem sputo fedat: Sed arundine cedit.
 Ille caput rursus preses perduxit ad illos:
 Hinc ait ecce hominem duco. Scitote nec vllam
 Quod causam inuenio. Etiam tunc prodiit ergo
 Ad populum iesus: pressa cervice corona:
 Vesteqz purpurea regali tegmine cultus:
 Hunc cum vidissent: illo cum tegmine turbe:
 Et caput e spinis punctum diademate duro:
 Clamabant confige cruci: confige merentem:
 Cum lex nostra mori iubeat quicũqz fatetur
 Se genitum de patre deo: pilatus ob illuc
 Extimuit. rursus repetens pretoria sedit:
 Et iesum interrogans: dicebat que sit origo
 Dic tua: fare mihi. Responsum non dedit illi.
 At pilatus ei: Cur non mihi faris: an illud
 Nescius ignoras: quod sit mihi tanta potestas:
 Ut tibi tam vitam q̄ mortẽ tradere possim?
 At nullam iesus me contra proxis haberes
 Dim concessa foret nisi iam tibi desuper illa:
 Tempore iam ex illo preses meditat ar: ut ipsum
 Dimissum faciat: Mentẽ sed plurima turbant:

Jo. xviii

Lu. xxiii.
Jo. xix.

arūdi: math.
xxvii.

Jo. xix.

Jo. xix.

Naqz tim et populum. Populus cognou erat illud:
Quare quo timeat magis et magis ille reclamationat.
Hunc si dimittas: non es censendus amicus
Cesaris: Omnis enim qui regem se esse fatetur:
Cesareo iuri certe contrarius ille est.

Tunc magis extimuit preles sermonibus istis:
Propterea cernens frustra tentare salutem/
Illius et magnum fieri tota vrbe tumultum:
Exit ad turbas: Christum produxit et ipsum:
Ascenditqz nouum dicturus iura tribunal:

Jo. xix.

Nepe locū veteres dixere licostratō illū:
Alta tribunalis quo tunc subsellia fixit:
Sabata iudei dicunt: tanqz hora diei
Sexta fuit: Magni post quā venit altera festi:
Tunc residens scāno preles sublimis in alto:
Ecce iterū rex vester adest: Senioribus inquit:
At scribe et populi primores/ ore frementes/
Tolle hōes: cōfige cruce: confige merentē:
Non etenī regē (ni rex sit cesar) habemus.

math. xxvi.

Tūc accepit aquā p̄les manibusqz lauat.
Sic ait ad turbas: Sū certe a sāguine iusti
Innocuus. penitus tanti sū criminis expers.
Sed vos videritis. populus respondit ad illud:
In nos quicquid erit factum non iure redundet:
Atqz super natos nostros sit deniqz sanguis.
Tunc demū barraban Pilatus misit inulctum:
Tradidit et christum iudeis morte necandū.
Sed pri^o est illi regalis purpura adēpta:
Et ppria est iterū quā gessit redita vestis.

math. xxvii.
mar. xv.

Jesus ducitur a iudeis vt crucifigatur: et a Simone
Cyreneo in portanda cruce adiuuatur.
Jesus ad mulieres versus/ ventura p̄dicat/ et tandem in
caluariam tractus: mysteria passionis consumauit.

P Dicitur iudeis est christi facta potestas:
Accipiunt illum: magnosqz furore trahentes/
b iiii

Simo. math.
xxvii.
Mar. xv.
Luc. xxiii.
Turba. lu. xv.

math. xxvii.
Mar. xv.
Luc. xxiii.
io. xix.

primū verbū
Lu. xxiii.

math. xxvii.
mar. xv.
io. xix.

Ut cruce suspendant/ properant q̄dcunqz nec esse est:
Iamqz foras fuerant egressi ex vrbē ruentes:
Cum forte aspiciunt redeuntem rure Simonem/
Cyrene genitum/ Hor illū tollere cogunt:
Et portare crucem christi post terga sequentem.
Turba sequebatur mulierum: tumqz viroꝝ
Plangentium: multis et lamentata querelis:
Ad quam conuersus christus/ sic ore loquutus:
Nolite o solime matres mea funera flere:
Flete super natos vestros: et vos super ipsas:
Nam veniet/ tempus: cum dulci prole carentes/
Et que non natos lactarunt d̄bere matres:
Hoc quia prole carent/ se dicent esse beatas.
Orabunt montes: venient vt desuper altos:
Obruat vtqz caput moles a collibus acta:
Deuenerē locum tandem: quem golgata dicunt:
Et quem romano dicas caluaria more:
Tunc mixtum selli vinum tribuere bibendum/
Carnifices christo: quod cum gustasset amarum:
Non bibit: hinc nudum statuunt: miserqz tremētis
Prosterunt sanctum corpus tellure supinum:
Et cruce confossis distendunt brachia palmis:
Inde pedes tractos: tantum q̄ ab ossibus ossa:
Et merui a propriis discedunt arcubus omnes:
Parte sub extrema figunt in robore ligni.
Tunc clamans iesus sic pro tortoribus orat:
His ignosce pater: quia non sua crimina noscunt:
Nec sua facta vident: credunt sed cede litare.
Tollitur ergo deus sua brachia passus in altum:
Atqz duo secum tolluntur iure nocentes:
Alter erat dextris pendens: alterqz sinistris:
Preterea mortis causam descripserat alta
In cruce pilatus. Iesus de nazareth vrbe:
Et rex iudeum pendens est iste profecto.
His fuerat verbis in summo scripta tabella/
Hebreis simul et grecis/ pariterqz latinis:
Hoc scriptum quidam non equa mente ferentes

Pilato dicunt: Noli describere regem:
 Sed quia se regem dixit. Tunc talia preses
 Respondit: Titulum scriptum nec crimina mutem
 Quod scripsi: scripsi. Maneant que scripta leguntur:
 At postquam fuerat iesus sublatuſ ad alta
 Carnifices partes bestis fecere quaternas.
 Quisq; suam capiens. Tunicam sed rettulit vnus
 Quem fors ferre dedit totam: non illa soluta est:
 Lum neq; scindendus tantuſ sit visus amictus.
 Nam tunica interior partes contexta per omnes
 Artis opus mire fuerat: nec futile tegmen.
 Interea genitrix christi. Marięq; sorores
 Discipuluſq; simul: multuſ quem iesus amauit
 Astabant iuxta lignuſ: multoq; dolore
 Confecti: vt lassos regeret dix spiritus arcus:
 Quos cum vidisset sublimis in aere natus:
 Sic ait ad matrem: Mulier non ipsa relicta es
 Filius ecce tuus. te isto solabere nato
 Discipulo rursus dicens. hanc accipe matrem
 Ecce tua est genitrix: ex illa protinus hora
 Discipulus matrem Mariam sibi cepit habendam.
 At dum nostra salus sublimi in robore pendet
 Factabant illi: cur non descendis ab alto?
 Si natus de patre deo: Discrimina pelle
 Te saluum faciens: alios cum feceris olim
 Hoc si viderimus credemus protinus omnes.
 Nec minus ex illis iuxta pendentibus alter/
 In dñm blaphemus erat. nam versus ad ipsum
 Dicebat. Si certa dei proles: si filius ipse es
 Fac nos a tanto tecum discrimine saluos.
 At alius latro: dextra quia parte luebat
 Acriter incusat sociuſ q; talia dicat/
 Aduersus christuſ: dicens cur ore lacellis
 Hunc iustum? nullo qui dat pro crimine penas
 Nos capimus nostris digna hec nam premia factis.
 Insuper ad christuſ versus: sic ille rogabat
 Sis memor o nostri. proles certissima summi

math. xxvii.
 marc. xv.
 iohan. xix.

Nā tunica)
 iohan. xviii.

iohan. xix

Secundum.

Tercium.

math. xxvii.
 marc. xv.
 Lu. xxiii.

math. xxvii.
 marc. xv.
 Lu. xxiii.

mar. xv.
Lu. xliii.

math. xviii.
mar. xv.
Quintum.

Joh. xix.

Sextum.

math. xviii.
mar. xv.
Septimum.

Lu. xliii.
viii. io. xix.
math. xviii.

mae. xv.
Lu. xliii.

Regis celicolum: tunc cum tua regna tenebis.
Ad quem respondens: hodie sublima celi
Ipse comes mecum scandes: Cuiusque manebis
Eternum placidi genitor: quo regnat olympi.
Preterea quatum post sextam labitur horam
Temporis: ad nonam: tantum cooperta tenebris
Tota fuit tellus: Solitum nam fundere lumen
Cessavit phœbus: ceu christi fata doleret.
Circiter at nonam: magna de pectore voce
Clamavit dñs sermonem qui incipit hely:
Hoc est ut quid me liquisti maxime rector
Cælorum: terreque deus? Sed vulgus ineptum
Quod vocet heliam credit: iam cernite dicens:
Helias an prestet opem: veniatque vocatus:
Ut cruce deponens ex alta liberet ipsum.
Et tandem christus series quo tota prophetum
Consumata foret: languens sitiensque poposcit
Ut potum exhibeant: currens tunc ocus unus
Admouit labris dñi sitientis acetum:
Spongia pro cyatho: confixa est cuspe canne:
Quod cum gustasset renuit: tum protinus inquit:
Jam consumatum est: compleuimus omne quod ante
De me conscripsit venturum sancta vetustas
Quare postremo rursus clamavit: et inquit:
Pater hanc animam iam tandem suscipe queso:
In manibusque tuis requiescat spiritus ipse.
His dictis dñs caput inclinavit ad ima:
Emisitque animam sanctam moribundus ad astra.
Tunc velum templi scissum de culmine sumo
Ad terram: partesque duas secessit in equas.
Preterea tellus tremuit: commotaque tota est:
Et lapides scissi: Sunt et monumenta reclusa:
Ex quibus a sono sanctorum corpora multa
Surrexisse ferunt: in sancta pluribus bibe
Sese monstrarunt: clara sub luce per auras.
Et quia festa dies iudeis proxima lux est:
Nec fore rem dignam visum quod corpora festo

In cruce penderent: a preside facta potestas
 Cruribus ut fractis festinent tradere morti:
 Et cruce deponant: Tormentos cura duorum
 Fregerunt: fatum donec videre supremum.
 Frangere crura dei simili cum sorte pararent:
 Viderunt functum. Quare tunc cuspide ferri
 In latus insultat miles: quod vulnere apertum
 Reddidit ingenti: manarunt sanguine lymphæ
 Admirte et longam rigne fluxere per hastam
 Candide lector: habes seriem tibi nempe relatum:
 Ut moritur dominus: faciat quo viuere seruos:
 Utq; bonus pastor perit: quo seruet ouile:
 Viuere iam studeas quando mors omnis adempta est:
 Et patet ad certam latissima semita vitam:
 Nunc moritur nullus: nisi qui non viuere curat.

a Poete orō ad deū loco conclusionis totius operis
 St ego sūme pater: posset tibi si qua referri
 Gratia tentarem: quo munera grata referrem:
 Hoc quia per tantos me miseris ire labores:
 Quos olim fueras humano corpore passus:
 Sed quia nemo tibi posset persoluere grates
 Dignas: et meritis a te venientibus equas.
 Cum neq; qui debet par sit cui debita res est:
 Dat mihi sit summum te noscere: meq; pusillum:
 Et dare que nequeo tibi me debere fateri.
 Hoc orem potius supplex o conditor orbis:
 Ut non incassum fueris diuenditus olim
 A iuda: et tanq; latro per tempora noctis
 Captus ab impuris: Prescripto fūne ligatus:
 Et ductus preceps: Lunctis desertus amicis:
 Ne ve belis frustra pro nobis sanguine fuso
 Tot mala sis passus: pro sit tua membra flagellis
 Et faciem celam palmis: humerosq; caputq;
 Pulsatum totiens a seua gente fuisse:
 Prosit q; sputo multum sedatus: et ora/
 Illusus fueris: per iudum rexq; vocatus:
 Quod tibi purpureus super est inductus amictus.

Et data pro sceptro fuerint q̄ vilis arundo:
Quod simul herodes nūeo te bellere terit:
Ut pote qui stolido similem te censuit: atq;
Prosit mite caput q̄ sensit arundinis ictus:
Confosumq; fuit spinis: et fronte cruenta
Irrigui fontes manarunt inde liquoris.
Nec minus ad nostram conuertas illa salutem:
Que lassus portando crucem/ tormenta subisti:
Dum tibi membra labant: virtus dum deficit omnis:
Scendenti montem, ligni dum pondere pressus
Sepe cadis: nullo te de tellure leuante:
Sed traheris dure: nullo miserante labores.
Insuper et vinum mixtum, quod felle bibisti/
Prosit q̄ manibus pallis sublatus ad alta/
Irisus turpi dederis spectacula genti:
Vulnera que clauū manuum fecere, pedumq;
Et lateris vultus fecit quod ferrea cuspis:
Omnia pro nostra fuerint non vana salute:
Et prodesse velis que pendēs verba loquutus.
Ad matrem et socium testatus voce dolorem:
Queq; prius fatus dum pro tortoribus oras:
Illa etiam dextro que dixit verba latroni.
In cruce dum pendes: Tū q̄ clamaueris heli:
Quod consummatum: Sitiens q̄ vina petisti:
Quodq; animam mandas manibus post omnia patris:
Lancea: sint clauū: sit spongia: tum sit arundo:
Que tibi non libitum sitiēti misit acetum.
Deniq; non frustra mixtas cum sanguine lymphas
Sparseris: in vanum tellus madefacta cruore
Non fuerit sacro: vestes nec sanguine tincte.
Da pater emptorem simul vt res empta sequatur:
Quando quidem precium non est vulgare solutum:
Nos res empta sumus: noster tu christe redemptor:
Et tuus est sanguis precium. Da lauerit vt nos
Vnda tui lateris: Quod sit sic noxia culpa
Diluta: vt turpis non stent vestigia labis.
Sic nitidi facti: sumus sic veste decora:

Interbt electos numeres nos quando vocabis:
 Inter conuiuas sacrifqz accumbere mensis
 Nos dignere tuis: qui cuncta in secula regnas:
 Cum patre: et sancto qui replet Spiritus orbem

Poete gratificatio ad lectorem

i Anqz vale lector: queris si noscere nomen
 Auctoris dedit hoc Mancinus carmen amicis
 Et christi famulis: maius qui tradere vellet:
 Si posset maius: tamen hoc satis esse putauit
 Iudicium mentis: qd sit prodesse paratus
 Omnibus: vt memores facti per carmina mortis
 Quam subiit christus: proprie sint inde salutis
 Admoniti: et solita christi nos morte mereri
 Eterne vt vite sint nobis gaudia: lector
 Salue iterum: Clauso venit iam vesper olympo.

Finis

Do. Mancini. oratio ad virginem.

l Alue certa salus mundi Sanctissima virgo/
 Confugium lapsis/Presidiumqz bonis.
 Alma parens sumi regis: tum filia salue:
 Fida hominum tu spes: Celicolumqz decus.
 Virgo sacri regina poli. Tu sola tonantem
 Fleristi in thalamis. Cui sociata fores.
 Sola vtero sanctum meruisti stringere verbum/
 Absqz viri tactu/ numine facta parens:
 Virgo tui patris genitrix: et filia nati:
 Sola es que salua virginitate paris.
 Clara dauid soboles: et iesse clara propago:
 Clara es qd veterum sanguine nata ducum.
 Clarioz at multo es: quia mundi maximus auctor
 Sanguine virgineo nascitur ipse tuo.
 Et quia cum peteret terras rex summus ab alto/
 Es sola hospicio digna reperta suo.
 Hospita sola capis quem totus non capit orbis:
 Et qui cuncta capit hospita sola capis.
 Secula non fuerant: cu tu pulcherrima facta es:
 Omnibus es rebus tu quoqz facta pius.

Te nihil ante fuit: post te fit pontus et ether:
Et librata suo ponderes terra loco.
Ante quidem facta es: quod lex prefigitur vndis:
Ne possint fines transiisse suos.
Ante mare et terras regi formosa placebas:
Solutus amor fueras: delititque patris.
Tu coram domino ludebas tempore in omni:
Perque omnes fueras leta puella dies.
Cunctaque componens aderas in parte laborum:
Ipse pater tecum conficiebat opus.
Per te clausa diu referata est ianua celi:
In patriam exulibus ianua sola pates.
Te sine vel nullus remeabit ad atria patris:
Te duce sed quisque regna superna petet.
Rex superum mane merito te perficit aule
Que per te nobis iam referata fuit.
Tu causas oras hominum: tu crimina purgas:
Tu demum reduces nos pia virgo facis.
Si licet infensus lapsis pro crimine iudex:
Assiduis precibus flectitur ipse tamen.
Conciliat homines nato: quos culpa remouit:
Ad veniam nihil est te genitrice prius
Et quos ipse semel pendens a morte redemit:
Nos redimis sepe continuaeque prece.
Emicuit cecis per te lux maxima terris:
Per te sol radios fundit in orbe suos.
Per te quisque potest sub lucem carpere callem:
Quisque potest per te pergere tutus iter.
Errabant omnes confusa nocte tenebris:
Nec fuit astriferi semita nota poli.
Lactea nunc splendet: vis tuta micantibus astris:
Omnia nunc sole sunt radiata tuo.
Nec tua lux solum nobis ostentat olympum:
Quin etiam terris cuncta secunda facit.
Nunquam lenta venis rebus succurrere nostris:
Et desperatis tu quoque rebus ades.

Res fluitent quibus hinc inde furentibus austris:
 Non tamen immergi virgo vocata sinis.
 Dirigit ad portum qui te colit alma salutis:
 Sive erit in terra: sive erit ille mari.
 Non ope destituis quenquam te diua vocantem:
 Te multum quis leserit ipse prius.
 Rebus in afflictis spes es fidissima cunctis:
 Seu erit hebreus: seu quoque Turcus erit.
 Sepe iuuas hostes: aduersaque tela ferentes:
 Tanta tibi est pietas: et pietatis amor.
 Quicquid formosi potuit natura creare:
 Id tibi collatum vel vehementer erat.
 Nec tibi pars steterat: que non miranda fuisset:
 Nulla vel in toto corpore menda fuit.
 Te quam studio spectaret turba virorum:
 Nulla tamen per te mota libido fuit.
 Stellabant oculi: facies suffusa rubore:
 Unde iubar solis egregiumque decus.
 Balsama non tantum mittunt: nec nardus odorem:
 Quantum tu simplex sancta puella dabas.
 Tu flos perpetuus: qui toto bernat in anno:
 Lilia vincebas: purpureasque rosas.
 Sic cunctas matres superabas: atque puellas:
 Lactea ceu multas una columba nigras:
 Augebatque decus per te gestatus in vlnis
 Paruulus: et multo pulchrior ipse puer.
 Ille sinu matris ludit dum paruulus infans:
 Surgebant cordi gaudia quanta tuo?
 Dumque tibi ridens pendebat ab ubere natus:
 Felix pre cunctis tu sua mater eras:
 Non graue pondus erat dum nectit brachia collo:
 Illa quidem fuerat sarcina grata tibi.
 Gestabas illum: qui tecum cuncta ferebat:
 Illum lactabas: qui pater orbis erat.
 Nunc assumpta super celorum culmine fulgens
 Ethereis thalamis virgo locata sedes:

Rex ubi stellato solio subnixus et alto
Virgineum merito cinxit honore caput.
Virgo coronata es regno sublimis olympi:
Et tibi de terris virgo corona data est
Te circum angelice certant laudare caterue:
Certatim a cunctis es venerata choris.
Te laudant acies virtutum sacra virago:
Militiq; omnis te sacer ordo colit
Tu radios phebi vincis: tu cornua phebes:
Lucifero prestas: et super astra micas:
Splendidior gemmis: fuluo quoq; pulchrior auro:
Ut res conferri non queat vlla tibi.
Clarior es multo: q̄ posset fingier arte:
Nec potes angusta maxima mente capi.
Deficient vatum mentes: et tota poesis:
Si pergant laudes velle referre tuas:
Obtinam tandem possim te cernere coram:
Et quem contemplor: post mea facta fruor:
Interea nostros virgo sanctissima gressus
Dirige: nam durus obsidet hostis iter.
Non sine te tuti per tot discrimina mundi
Tendimus: o nostras suscipe virgo preces.
Instar enim mundus fertur conuallis opace:
Que modicum interius vt puto lucis habet.
Interius multi laquei tenduntur ab hoste:
Maior et egressu tenditur arte dolus.
Nos rege dum ballis siluas erramus opacas:
Et rege cum tristis exitus eius erit.

Finis



